bris post Christi Domini natiuitatem, secunda est ad meridiem pariter Decembris post 100. 1000. 1500. tum 1582. quod est initium primi anni post Gregorianam anni correctionem, quo tempore incipit annus 1583. Deinceps est ad initium anni 1584. qui annus bissestilis est deinde 1600. 1700. 1800. 1900. 2000. & hi omnes anni completi sunt, non scilicet vt vulgò annis vtimur, qui incipimus nominare annū, cum ipse annus elabi incipit, non cum elapsus est; sed hoc loco nominamus annum, cum iam effluxit, quod hic maxime notandum est, vt exempli gratia cum hæc scribebam erat primus dies Septembris 1592. vt vulgo loquimur: vt tamen Astronomi est annus 1591. completus, menses octo, dies vnus, ob eam rem, hoc loco anni menses, & dies, & horæ, & horarum scrupula completa dicuntur, & accipiuntur, sed iam redeamus ad rem, cum autem nonnunquã nobis sit opus scire medios motus, vel æquales intermedios ob eam rem in secundam tabulam medios motus in annis expansis digessimus ab vno vsque ad centum annos, ut inde facile medijs colligantur motus, qui intercedunt annos in prima tabula collocatos. In tertia tabula habes candide lector medios motus in singulis mensibus, & hi duplici ordine sunt collocati, vel potius duplices sunt. Alteri enim anni cõmunes, alteri bissestiles anni sunt, vt tabularum inscriptiones indicant. In quarta sunt æquales motus in singulis diebus ab uno vsque ad triginta. In quinta medios motus in singulis horis minutis, & secundis, ut cuiuslibet quamuis minuti temporis medios motus habere possis. Nunc autem ordo postulat, vt doceamus, qua ratione ex his tabulis medios motus ad aliquod certum tempus colligas. Quod non vnico exemplo explicaturi sumus. Primum igitur habeas tuum tempus correctum, & emendatum vt in superioribus duobus capitibus traditum est. Deinde ingredere tabulam radicum, quæ prima est, vt superius dictum est, & collige illam radicem, quæ proxima tuo tempore antecedit si non datur tuum tempus ibi præcisè esse descriptum, hunc autem medium motum debes seorsim describere, vel hos medios motus, si plures sint, vt sunt in omnibus Planetis præterquam in Venere, si quid autem temporis superest, ex cæteris tabulis illius medium motus si colligendus est, & ita, ut post radicale tempus colligas ex secunda tabula annorum medium motum, qui expansi sunt, mensium deinde, tum dierum, postremum horarum, & scrupulorum, si quæ præterea adhærent, vt nos hoc exemplo fecimus, sit propositum colligere tempus huius horæ in qua hæc scribo, quæ est hora secunda. Diei secundi Septembris 1592. & more astrologico 1591. Menses 8. completi, & dies 1. hore 11. In tabula radicum inuenio radicem proximè minorè esse anni 1584. cuius radix est Sig. 0. 27. 38. 36. 12. 0. 14. Anomalix vero Sig. 11. 15. 51. 28. 40. 18. sed cum adhuc supersint anni 7. & hic numerus minime in tabula reperiatur, id faciendum est duplici introitu maiori, scilicet minori, deinde quatuor igitur primum cuius medijs motus sunt Sig. 0. 0. 3. 20. 56. 35. 40. & Anomalix Sig. 0. 0. 50. 21. 17. 15. 6. tribus verò annis respondent in primis medijs motibus. Sig. 0. 0. 2. 30. 30. 51. 24. in secundis Sig. 0. 0. 37. 44. 24. 52. 50. collectis medijs motibus annorum cõpletorum colligendi sunt mensium, octauæ scilicet mensis completi, qui Augustus est & anni bissestilis cum hic annus huiusmodi sit, qui est primum Sig. 0. 0. 0. 33. 33. 33. 31. deinde Sig. 0. 0. 8. 24. 34. 54. 50. ad dies deinde te conuertas oportet, qui vnus est cuius medijs motus sunt Sig. 0. 0. 0. 0. 8. 15. 8. postea Sig. 0. 0. 0. 2. 4. 39. Postremus venias oportet ad horas

Quomodo æquationes colligantur.

horas quæ sunt 11. & primi numeri erunt Sig. 0.0.0.0. 3. 46.56. & secundi Sig. 0.0.0.0. 56.52.8. si minuta adhærent eodem modo procedendum esset. hi numeri omnes debent in vnam summam colligi primi armen scilicet medij motus per se, & secundi anomaliz scorsim, & si numerus Signorum duodecim excefferint duodecim abijciendi sunt integer, s. circulus, & reliqui numeri seruandi pro ueris medijs motibus. Hæc omnia infra habes ante oculos posita.

S	G	II	III	IIII	V	
0	27	38	36	12	0	14
0	0	3	10	56	35	40
0	0	2	10	36	15	24
0	0	0	33	33	33	31
0	0	0	0	8	15	8
0	0	0	0	3	16	56
Summa omnium.						
11	15	45	3	9	20	0
0	0	50	27	17	15	6
0	0	37	44	24	52	50
0	0	8	24	34	54	50
0	0	0	2	4	4	37
0	0	0	0	56	52	8
11	17	21	36	27	19	13
Omnium summa.						

Cum autem in Sole tres medij motus colligantur, Solis eius centri, & eius. Item argumenti hic, & hoc exemplum addere visum est, vt studiosi facilius rem traditam percipiant, idq̄ fiat pro eodem tempore pro quo octauæ sphære medios motus collegimus.

S	G	II	III	IIII	V	
8	11	43	14	20	16	Pro anno 1585.
11	29	58	24	53	16	Pro annis 4.
11	29	14	27	31	25	Pro annis 3.
8	29	29	18	14	34	Pro mense Augusti comp.
0	0	59	8	11	22	Pro die 1.
0	0	27	6	15	13	Pro horis 11.
4	12	11	39	26	6	Summa medij motus ☉
5	23	50	31	34		Pro anno 1584.
0	0	25	10	39		Pro annis 4.
0	0	28	32	12		Pro annis 3.
0	0	4	12	17		Pro mense Augusti comp.
0	0	0	1	2		Pro die 1.
0	0	0	0	28		Pro horis 11.
5	24	28	48	2		Summa centris ☉
5	29	37	27	44		Pro anno 1584.
11	29	56	42	36		Pro annis 4.
11	29	13	10	52		Pro annis 3.
8	0	29	1	10		Pro mense Augusti comp.
0	0	59	8	7		Pro die 1.
0	0	27	6	13		Pro horis 11.
0	0	42	30	42		Summa argumenti ☉

Hoc fit satis vt intelligatur qua ratione medij motus colligantur: eodem enim modo, & in ceteris Planetis agendum est. Iam igitur videamus quomodo æquationes sint colligendæ.



AM quædam vniuersalis ratio tradenda est, qua æquationes colligantur: nam sigillatim in singulis Planetis rem ipsam facile aperiemus. Hic tamen animaduertendum est, quod aliter in octaua sphæra aliter in Planetis colligitur in hoc libro, hisceq; tabulis licet in alijs eodem modo fiat. Primum igitur de octaua sphæra, deinde de Planetis dicatur. Ingredere igitur circulū æquationis octauæ sphære, quæ reperitur statim post eius tabulas, ex quibus medios eius motus collegisti, & regulam mobilem quæ in illius medio est, pone super signum, atque gradū anomaliz octauæ sphære, quæ collegeris, & numerum qui sub regula cadit scorsim scribe vnâ cum numero signorū, & grad. quibus ille numerus præcisè respondet, & ex his subtrahere debes tuam anomaliam relictis tertijs scrupulis & reliquis fractionibus si quæ præterea adhærent, & quod reliquum est tibi præbebit vsum ad inueniendam partem proportionalē æquationis, & illo pro tertio numero tibi vtendum est. Primus verò numerus erit hoc loco semper, 10. nam decimoquoque gradui sua æquatio in hac tabula accommodata est. Secundus verò numerus est differentia, quæ est inter æquationes immediatè regulam antecedentem & immediatè sequentē, inter. s. numerū proxime minorē & proxime maiorem, quæ cognoscitur maiori de minore subtracta cognita parte proportionali per auream regulam illa addenda est æquationi, quæ in tabula est in paucioribus gradib. quam est anomalia, & antecedentem hoc loco vocamus, si hic numerus æquationis minor est, quàm proxime maiori respondet, quæ octauæ sphære: contra verò facere debes, cum est maior, scilicet eam subducere debes, & quod ex illa additione, vel subtractione prouenerit, erit vera octauæ sphære æquatio. Iam aliquod exemplum addamus, & superius medium motum octauæ sphære collectum æquemus, cuius anomalia est Sig. 11.17.21.36. omisis reliquis fractionibus hoc loco. Pono regulam in circulo affixam super hoc signū & gradum, & video in limbo circuli ante regulam grad. 0.12.24. & sequitur. grad. 0.24.25. subtracta minori de maiori reliquum est 12.1. & hæc differentia sit secundus numerus in ratiocinatione: primus sit 10. cui hæc differentia respondet subtrahendo deinde ex anomalia numerum graduum, & signorum, qui respondent numero proximo minori, & reliquū est grad. 7.21.36. omisis tertijs & reliquis fractionibus minutioribus, quod semper faciendum est, & si tertia etiam sunt plura, quàm 30. potes paruo cum errore addere secundis vnum. Iam ratiocinationem distribuamus hoc modo. Si grad. 10. debentur 12.1. quot debentur grad. 7.21.36. sed cum hæc via sit longa, & erroribus nimis obnoxia, in huiusmodi rebus tutius est canone sexagenario vt altero numerorum in frôte altero in latere dextero, vel sinistro inuento, quodque in angulo communi inueneris illud erit quod ex multiplicatione illorum duorum numerorum prouenit, sed cum nulla sit numeri denominatio in eo canone priusquam nostrum exemplum prosequamur operæpretium est hanc rē declarare, vt studiosi hinc aliquam vtilitatem percipiāt. Animaduertat igitur, quod in hac tabella traditur.

Tabella

Speculi Vranici

Tabella denominationis fractionum.

Numerus.		Numerus.	
Ducendus.	Ductus.	Ducendus.	Ductus.
Grad. per gr. Sig. & grad.	Sec. per sec. Ter. & quar.	Sec. per sec. Ter. & quar.	Ter. & quar.
Gr. per min. Grad. & min.	Sec. per ter. Quar. & quin.	Sec. per ter. Quar. & quin.	Quar. & quin.
Gr. per sec. Min. & sec.	Sec. p. quar. Quin. & sex.	Sec. p. quar. Quin. & sex.	Quin. & sex.
Gr. per ter. Sec. & ter.	Ter. per ter. Quin. & sex.	Ter. per ter. Quin. & sex.	Quin. & sex.
Min. p. min. Min. & sec.	Ter. p. quar. Sex. & septi.	Ter. p. quar. Sex. & septi.	Sex. & septi.
Min. per sec. Min. & ter.	Quar. p. quar. Septi. & oct.	Quar. p. quar. Septi. & oct.	Septi. & oct.
Min. per ter. Ter. & quar.	Quar. p. quin. Octa. & no.	Quar. p. quin. Octa. & no.	Octa. & no.

His cognitis nostrū exemplum ad finem perducamus. Numeri hoc ordine singuli sub suis denominationibus collocentur.

Grad.	Min.	ʳ.	ʳʳ.	ʳʳʳ.
7	21 12	36 1		
1	24 4	12 7	12	
	7	21	36	
1	35	40	48	
	9	34	4	48

12. cum 7. grad.
12. cum 21.
12. cum 36.
1. cum 7. grad.
1. cum 21.
1. cum 36.

Partire per 10.

Pars proportio-
nalis respōdens
grad. 7. 21. 36.

Hęc pars proportionalis si minuerimus de numero in-
uento in circulo æquationis octauæ sphæræ, qui respon-
det numero proximo minori quod decrefcit, confurget
pro æquatione absoluta 14. 50. 36. quæ pars propor-
tionalis modo additur, modo minuitur de medio motu,
vt sub circulo æquationis traditur.

Eodem modo fit in Planetis etiam, sed tamē in hoc dif-
ferunt, quod vt in octauæ sphæræ æquatione primus nu-
merus est decem, quod æquatio in decimum quoq; gra-
dum in circulo distributa est: in Planetis primus nume-
rus est. 2. vt, quod ex multiplicatione prouenit, in duas
partes tantum diuidendū sit, & altera pars erit æquatio
quæ sita, vt si velles æquationem centri collecti in hoc ca-
pite inuenire, ingredi suæ æquationis circulum cum
Sig. & grad. & minutis, centri, & numerum præceden-
tem, & sequentem regulam seorsim nota, & minorem de
maiori subducito & reliquum erit numerus secundus;
tertius verò erit, quod prouenerit ex subductione cen-
tri ex signis, & gradib. quibus respondet æquatio regu-
lam præcedens, quibus in se ductis more Astrologico, vt
superius traditum est, & diuisis per 2. habebis partem
proportionalem quæ sita. Nam centrum est superius
Sig. 5. 24. 38. 48. 12. cum Sig. 5. 24. 38. ingre-
diior circulum æquationis Solis, & inuenio signa in par-
te interiori circuli, vt centri æquationis regula ostendit,
& gradus in limbo eiusdem circuli, & illi gradus qui co-
dem modo leguntur, & nota qui numeri præcedant, &

qui sequantur lineam eiusdem regulæ vbi eam posueris
super locū signi 5. 24. 38. seorsim exscriptis, qui sunt gr.
o. 53. respondentes Grad. 24. & Gr. o. 35. responden-
tes gradui 26. & minori numero de maiori subducito re-
liquum est 18. quæ pars duobus minutis respondent. si-
gna autem 5. & 24. qui numerus est proxime minor
subduco ex centro omiffis tertijs reliquum est 1. 46.
quæ hoc modo multiplicatur, & multiplicata per 2. di-
uiduntur, & ex diuifio-
ne reliquum est 52. 49.
qui numerus cum de-
crefcit à Grad. 24. ad
Gr. 26. debet nūqui de
illa æquatione quæ re-
spondet Grad. 24. quæ
cum fit Grad. o. 53. his
subtracta reliquum est
Gr. o. 47. 50. & hæc est
vera centri æquatio,
quæ addenda, vel mi-
nuenda est, vt regulæ
sub circulo æquationū
scriptæ admonent: hæc
fatis de parte propor-
tionali adhibenda; si
quid erit præterea quod
hoc loco non fit a lecto-
re cognitum cognosce-
tur aliàs cum de singu-
lis Planetis tradetur.

38	48	
18		
11	24	
	14	24
11	38	24
5	49	12

CANON QVINTVS

*De colligendo vero motu octauæ Sphæræ, quæ
præcessio æquinoctiorum dicitur,
& quem usum præ-
stet.*

Nihil est profecto, quod in hac re æquē
studiosis conducatur, tum ad hæc, quæ in
hoc libro tractantur, tum ad cætera huius
modi, quàm præcepta ad praxim reuocare:
ob eam rem in his octo canonibus octo
præcepta, octo exempla illustrata stu-
diosus lector habebit, & ne eius mens confundatur, licet
diuersis rōnibus id fieri possit, & diuersis nominibus hu-
ius facultatis scriptores vtantur: vnicam tamē rationem
nos sequimur, & quæ ex probatissimis scriptoribus faci-
lior nobis visa est, & iisdem nominibus semper vtimur:
quæ ratio multam vtilitatem studiosis afferre mihi videretur;
præsertim quod hac intellecta facilius poterunt stu-
diosi reliquos scriptores intelligere. Quod non ita vni-
nit cum multæ & inter se longe diuersæ rationes propo-
nuntur. Ponamus igitur nos scire velle octauæ sphæræ,
vel præcessionis æquinoctiorū Planetarum motum die
5. Septembris, Ho. 2. 30. post meridiem, quo tempore
hęc scribebam: hoc modo ex suis tabulis medius motus
colligitur.

S	G	°	'	"	'''	V	
0	27	38	36	12	0	14	Pro anno 1584.
0	0	3	10	56	35	40	Pro annis 4.
0	0	2	30	36	15	24	Pro annis 3.
0	0	0	33	33	33	31	Pro toto mense Augusti B. ff.
0	0	0	0	41	15	41	Pro diebus 5.
0	0	0	0	0	41	16	Pro horis 2.
0	0	0	0	10	19		Pro minutis 30.
Summa medij. m. octauæ spheræ.							
11	15	45	3	9	20	0	Pro anno 1584.
0	0	50	21	17	15	6	Pro annis 4.
0	0	38	44	24	52	50	Pro annis 3.
0	0	8	24	34	54	50	Pro toto Augusto B. ff.
0	0	0	10	20	23	15	Pro diebus 5.
0	0	0	0	10	20	23	Pro horis 2.
0	0	0	0	23	5	6	Pro minutis 30.
Summa Anomaliz octauæ spheræ.							
11	16	21	43	59	31	36	

Medijs motibus ita collectis cum medio motu Anomaliæ ingredi circulum equationis cum Sig. 11. 16. 21. & habebis in numero sequente regulam gr. 0. 24. 25. In numero præcedenti gr. 0. 12. 24. Quo numero subtracto gra. 0. 12. 1. Reliquum est vt vides & hæc differentia competit decem gradibus vt dictum est. Alia quoque differentia ita inuestiganda est. Sig. & grad. equat. præcedentis. Sig. 11. 20. Anomalia. 11. 16. 22. Hoc modo institue rationem. 3. 38.

G	I	II	
3	38		
0	12	1	
	36		
	7	36	
		3	38
	43	39	38
	4	31	58

Omnium summa.
Partire per decem.

Hæc autem pars proportionalis addenda est numero equationis præcedentis regulam, quæ est gr. 0. 12. 24.

$$\frac{4. 21. 54}{Gr. 0. 16. 45. 54}$$

Hæc equatio correctæ & absoluta addenda est medio motui octauæ spheræ, & inde confurget verus eius motus qui æquinoctiorum præcessio dicitur hoc modo.

Medius motus octauæ spheræ. Sig. 0. 27. 45. 2.
Aequatio correctæ. Sig. 0. 0. 16. 46.
Vera æquinoctiorum præcessio. Sig. 0. 28. 1. 48.

Hæc autem præcessio æquinoctiorum triplicem nobis vsum præstat.

Primus ad veram Stellarum fixarum longitudinem ab æquinoctio Verno, vel primo puncto Arietis decimæ spheræ cognoscenda. Illam namque, si addiderimus longitudinibus Stellarum, quæ in catalogo Stellarum reperitur illam facile designabis, vt suo loco dicemus in tertia scilicet parte.

Secundus est, si Apogeis Planetarum eam addideris habebis eorum singulorum vera loca ab æquinoctio Verno.

Tertius est, vt per illam definire possis vera loca Planetarum quolibet tempore ab æquinoctio Verno, qui primus punctus Arietis primi mobilis dicitur. Quæ omnia in sequentibus suis locis acile cernuntur.

CANON SEXTVS

De vero Solis loco inueniendo.



OSTENDITUR octauæ spheræ motus, Solis motus inuestigandus est, quod illius medius motus ad ceterarum Planetarum veros motus, vt suo loco diceretur, maxime conducit. Est enim ipse ceterorum luminum moderator, ac rector: siquidem cetera omnia illi seruiunt, & illius motui quadam proportione respondent, vt in Planetarum Theoricis apertissime traditur. Iam igitur huius rei tum præcepta, tum exempla mihi aggredienda censeo. Primum igitur tres medios Solis motus colligas oportet, vt superius traditum est, scilicet medios motus Solis, centri, & argumenti, quibus collectis ingredi circulos equationis Solis, & ibi tres partes mobiles inuenies cum quarta immobilis sit, quæ Zodiacus est in sua signa, & gradus diuisus; & quilibet etiam gradus in quatuor partes distributus, in quo Zodiaco debes reducere indicem ex circulo mobili prominentem ad locum medij motus Solis ad tuum tempus collecti, & ibi aliqua ratione firmandum, vt fit, cera, vel alia ratione: deinde in Zodiaco circuli mobilis, cuius signa sunt in parte circuli interiori, & gradus in limbo debes regulam centri firmare ad locum centri medij collecti, & eodem modo faciendum est cum regula argumenti, ex hæc tria firmanda sunt, sed animaduertere debes quod aliter hoc loco distributus est Zodiacus, atque est in circulo. Nam in hoc duplici ordine continetur: sex enim priora signa quæ & descendencia hoc loco dicuntur à dextera ad sinistrâ proficiscuntur tam signa in parte interiori, quàm gradus in parte exteriori: reliqua verò sex, quæ & posteriora, & ascendencia vocantur à sinistra ad dexteram progrediuntur, & contrario modo leguntur, vt legentibus facile patet. Præterea in area circuli mobilis quatuor continentur centrum, cum scrupulis proportionalibus, quæ duo regula centri inueniuntur, & argumentum cum excessu, quæ pariter cum regula argumenti significantur. Primum igitur vide numerum præcedentem & sequentem regulam centri, & seorsim exscribe & minorem de maiore subducas, & differentia hoc modo inuenta erit pars duobus gradibus competens. Secundam deinde differentiam inquires subducendo tuum centrum mediū ex numero graduum, qui respondent numeris immediatè præcedentibus, & differentia inuenta ducenda est in differentiam primam superius inuentam, & quod inde confurget, diuidendum per 2. & reliquum erit

Speculi Vranici

erit æquatio centri addenda, vel minuenda de argumen-
to medio, vt cautiones admōnent quæ sub circulo æqua-
tionis sunt, sed antequam moueatur regula: notanda etiã
sunt separatim scrupula proportionalia correctã per par-
tem proportionalem, & in vsum seruanda sunt. Re-
gulam igitur argumenti debes promouere, vel retro ad
locum argumenti veri, qui dicitur ita argumentum
medium vbi illud per centri æquatione correxeris, sub
regula deinde argumenti veri duo pariter collegeris ar-
gumentum æquationem & excessus quæ duo per partem
proportionalem corrigenda sunt separatim: deinde ex-
cessus ducendus est in scrupula proportionalia prius ser-
uata, & quod inde provenit addendum est æquationi ar-
gumentum semper, & ita fiet argumentum æquatio perfecta,
& absoluta, quæ addenda est, vel minuenda de medio mo-
tu Solis, prout cautiones sub circulo æquationis positæ
admonent, & habebis locum Solis à Stella præcedenti
in cornu Arietis, cui addita præcessione æquinoctiorum,
& ad illum locum index promotus tibi ostendet verum
locum Solis sub Zodiaco primi mobilis, quod est, quod
quærimus. Antequam huius præcepti exemplum ha-
beat lector illud admonitum volo quod vbi cōsuetudinē ad-
hibenda partis proportionalis ceperit, vbi medios motus
collegerit facile poterit omnes æquationes colligere
ex suis tabulis sine vllō computu, quod scribendo fiat,
sed motu solum regularum, & indicis facile omnium Pla-
netarum locum inuenies penè subito, sed antequam sibi
fidat in hac re necesse est sepe quo modo hoc exemplo
docebimus Planetarum locum inuestigare, videre deinde
num idem reperiat sine computu quod nō fiat pēna, sed
tantummodo mente, & motu tum indicis, tum regularum
in circulo æquationū affixarum. Iam igitur exemplum
exponamus, & sit eiusdem temporis, cuius, & præcessio
& æquinoctiorum superius collegimus, vt illa vti possimus,
nec alia nobis inuestiganda sit.

S	G	°	'	''	'''	
8	11	43	14	20		Pro anni 1584. cum radice.
11	29	58	20	53		Pro annis 4.
11	29	14	27	32		Pro annis 3.
8	0	29	18	15		Pro toto Augusto Biff.
0	4	55	40	57		Pro diebus 5.
0	0	4	55	41		Pro horis 2.
0	0	1	13	55		Pro minutis 30.
+	10	17	11	33		Summa medij motus Solis.
1	22	50	41	34		Pro anno 1584.
0	0	25	10	35		Pro annis 4.
0	0	18	52	12		Pro annis 3.
0	0	4	12	17		Pro toto Augusto Biff.
0	0	0	5	10		Pro diebus 5.
0	0	0	0	5		Pro horis 2.
0	0	0	0	1		Pro minutis 30.
5	23	38	51	58		Summa centri medij Solis.
5	29	37	21	43		Pro anno 1584.
11	29	56	42	36		Pro annis 4.
11	29	15	10	32		Pro annis 3.
8	0	29	1	0		Pro toto Augusto.
0	4	55	40	36		Pro diebus 5.
0	0	4	55	31		Pro horis 2.
0	0	1	13	55		Pro minutis 30.
2	4	18	6	33		Summa argumenti medij Solis.
		55	11			Æquat. centri æquata.
2	5	14	17	33		Argumentum verum.
		1	39	8		Æquat. argum. primo æqu.
		0	0	0		Æquatio excessus.
		1	39	8		Æquat. argum. absoluta.
4	14	44	3	33		Locus Solis à cornu V.
0	28	1	48			Præcess. æquinoctiorum.
5	12	45	51	33		Verus locus ☉ ab æquinoctio verno.

Qui locus inæquatus est ratione dierum ob id æquan-
dus per superiorem tabulam, & locus Lunæ in sequen-
tibus.

Hæc satis sint studiosis de vero Solis loco inuenien-
do, quemadmodum reliquis nullo ingenio præditis nul-
loque studio gaudentibus nulla verba inueniri queant,
quis hæc aperiantur, quibus illud Virgilianum dictum
volo.

Procul à procul este Profani.

CANON SEPTIMVS

De vero loco Lunæ inueniendo.



VÆCUNQUE superius dicta sunt de So-
le eandem omnia de Luna quoque dicta
sunt, cum eodem penitus modo locus Lu-
næ reperitur, & iisdem etiam nomini-
bus vtamur: medij scilicet motus Solis
centri, argumenti scrupulorum propor-
tionalium, excessus, partis proportionalis, additionis, sub-
tractionis, & reliquorum huiusmodi, si quæ sunt. Quod
eò fecimus, ne studiosi multitudine, & diuersitate nomi-
num confunderentur. Præcepto igitur omisso de inue-
niendo vero loco Lunæ exemplo rem ipsam illustremus,
sed prius lectorem admonitum volo, quod quidquid
per cōputus ante oculos corporeos ponemus illud idē
paruo cum labore rotulis ipsis fieri potest.

S	G	°	'	''	'''	
8	4	19	48	37		Pro anno 1584.
5	20	39	27	24		Pro annis 4.
0	28	6	34	53		Pro annis 3.
11	5	1	51	0		Pro toto Augusto Biff.
2	5	52	54	24		Pro diebus 5.
0	1	5	52	54		Pro horis 2.
0	0	16	28	14		Pro minutis 30.
4	5	12	51	26		Summa medij motus Lunæ.
11	15	13	8	33		Pro anno 1584.
11	11	21	53	1		Pro annis 4.
1	27	44	14	44		Pro annis 3.
6	9	5	53	2		Pro toto Augusto Biff.
4	1	54	26	55		Pro diebus 5.
0	2	1	54	27		Pro horis 2.
0	0	30	28	37		Pro minutis 30.
11	6	51	11	49		Summa centri Lunæ.
11	4	39	28	52		Pro anno 1584.
0	7	56	26	29		Pro annis 4.
8	26	9	24	17		Pro annis 3.
10	7	51	21	21		Pro toto Augusto Biff.
2	5	19	27	42		Pro diebus 5.
0	1	5	19	30		Pro horis 2.
0	0	16	19	52		Pro minutis 30.
5	23	37	50	3		Summa argumenti medij Lunæ.
	6	2	3	14		Æquatio centri correctã.
8	17	35	46	49		Argumentum verum.
	4	53	35	47		Æquatio argumenti primo con.
		4	15			Excessus per scrup. prop. inuen.
	5	1	50	47		Æquatio argum. perfecta.
4	10	24	42	13		Distantia Lunæ à cornu V.
0	8	2	48			Præcessio æquinoctiorum.
5	8	26	30	13		Verus locus Lunæ.

Si qui forte superius omnia non est affecutus hic om-
nia ad vngue in motu Lunæ explanabimus collectis tri-
bus medijs Lunæ motibus, & indice rotulæ mobilis ad
suum locum posito, vel veriori, cum in Zodiaco immo-
bili

Speculi Vranici

CANON X.

De vero motu Martis inuestigando.



ETSI quæcunque superius dicta sunt de cæteris Planetis satis esse possunt, quæ nr̄am sententiam declarent: hic tamen pro tironibus nonnulla repetenda censeo. Hoc est duplici ratione, nos verum locum Planetarum ex his nostris rotulis inuestigari posse: quarum vtraque illud habet commune, vt indigeat medijs motibus diligenter collectis, vt superius traditum est, vtraque pariter indiget, vt regulæ centri & argumenti ad sua sola loca collocentur, sed index rotulæ volubilis debet collocari ad locum medijs motus Solis, à quo in præcedentia debes numerare distantiam Planetæ à medio motu Solis in præcedentia, & ipsis oculis statim patebit Planetæ distantia, a prima ♀ stella superposito indice, quem deinde debes in consequentia promouere tantum, quanta est vera æquinoctiorum præcessio, & verū locum Planetæ in decima sphaera habebis. Hic tamen illud animaduertas, quod numeratio Planetæ in præcedentia potest fieri in circulo mobili æquationum, ita, vt ab indice numerationis sit initium: in præcedentia tamen, quod sit iuxta secundū ordinē signorū, & graduum, neglectis tamen numeris signorum, & sumptis tantum spacijs, superposito altero ex indicibus, qui tibi ostendet in Zodiaco locum Planetæ, sed cum hac ratione vti volueris illud meminisse debes, quod spacium vnus signi pro duobus sumendum est, & spacium vnus gradus pro duobus: scias tamen, quod hæc ratio non satis veritatem ostendit, cum multum suo loco moueantur singula spacia dum imprimuntur, si tabulæ ex aurichalco essent nō papyraceæ opus esset optimum. Altera verò ratio illa est, quæ his exemplis traditur.

S	G	'	"	'''	
3	13	30	52		Pro anno 1584.
1	18	50	38		Pro annis 4.
1	6	36	28		Pro annis 3.
0	8	9	26		Pro toto mense Augusti Biff.
0	0	10	2		Pro diebus 5.
0	0	0	10		Pro horis 2.
			0	2	Pro minutis 30.
6	17	17	38		Summa centri medijs Saturni.
8	27	3	17		Pro anno 1584.
10	11	5	20		Pro annis 4.
10	22	36	9		Pro annis 3.
7	22	19	27		Pro toto Augusto Biff.
0	4	45	9		Pro diebus 5.
0	4	4	16		Pro horis 2.
			1	11	Pro minutis 30.
1	27	55	49		Summa Argumenti medijs ♄.
	2	3	7		Æquatio centri correctæ.
					Argumentum verum.
1	25	52	42		Æquat. argum. primo correc.
	4	37	11		Excessus correctus.
		30	56		Æquat. arg. secundo correctæ.
	5	18	7		Medius motus Solis.
4	16	27	15	33	Distantia ♄ à medio loco ☉ in præced.
1	20	34	35	0	Verus ♄ locus in oct. sphaera.
2	25	42	40	33	Præcessio æquinoctiorum.
0	28	5	48		Verus locus ♄ in decima sphaera.

Hic est verus motus Saturni in longitudinem.

CANON NONVS.

De vero motu Iouis.

EADEM ratione & verum locum Iouis inuestigare oportet, cuius exemplū infra patet.

S	G	'	"	'''	
6	27	15	29		Pro anno 1584.
4	1	23	0		Pro annis 4.
3	0	58	31		Pro annis 3.
0	20	16	20		Pro toto Augusto Biff.
0	0	24	55		Pro diebus 5.
0	0	0	25		Pro horis 2.
0	0	0	6		Pro minutis 30.
2	20	18	46		Summa centri medijs Iouis.
8	5	45	54		Pro anno 1584.
7	28	34	41		Pro annis 4.
8	28	15	24		Pro annis 3.
7	10	12	51		Pro toto Augusto Biff.
0	4	30	45		Pro diebus 5.
0	0	4	31		Pro horis 2.
0	0	1	8		Pro minutis 30.
8	1	25	14		Summa centri medijs Iouis.
	5	6	28		Æquat. centri correctæ.
8	22	31	42		Argumentum verum.
	10	30			Æquat. argum. primo æqu.
		21			Excessus correctus.
	10	51			Æquatio argum. perfec.
4	16	27	46		Medius motus Solis.
9	3	22	42		Distan. ♄ à medio m. ☉ in præced.
7	13	14	34		Verus locus ♄ à cornu ♀.
0	28	0	48		Præcessio æquinoctiorum.
8	11	5	22		Verus locus ♄ in Zodiaci decimi.

S	G	'	"	'''	
11	0	16	41		Pro anno 1584.
1	15	34	45		Pro annis 4.
7	3	47	29		Pro annis 3.
4	7	51	31		Pro toto Augusto Biff.
0	2	37	11		Pro diebus 5.
0	0	2	37		Pro horis 2.
0	0	0	9		Pro minutis 30.
0	0	10	23		Summa centri medijs Martis.
5	11	1	41		Pro anno 1584.
10	14	21	44		Pro annis 4.
4	25	25	32		Pro annis 3.
3	22	37	28		Pro toto Augusto Biff.
0	2	18	28		Pro diebus 5.
0	0	2	18		Pro horis 2.
0	0	0	35		Pro minutis 30.
0	15	47	46		Summa argumenti medijs Martis.
	0	1	49		Æquatio centri correctæ.
0	15	49	35		Argumentum verum.
	5	55	50		Æquatio argumenti primò correctæ.
	0	0	0		Excessus correctus.
	5	55	50		Æquatio argum. absoluta.
4	16	27	16		Medius motus Solis.
0	9	53	45		Distantia Martis à medio m. ☉ in præced.
4	6	33	31		Verus locus Martis in Zod. oct. sphaera.
0	28	0	48		Præcessio æquinoctiorum.
5	4	34	16		Verus locus ♄ in decimo orbe.

CANON XI.

De vero motu Veneris inuestigando.



VENUS, & Mercurius qui Planetæ inferiores dicuntur commune præceptum habent in suis motibus inuestigandis ob eam rē quidquid de altero dicemus de altero quoque dictum volumus, & si quid est in quo minime conueniant, id lectorem suo loco admonemus, hic igitur prius de Venere dicatur. Et si ad habendum verum locū Veneris tres medijs motus sint necessarij, vt in Sole, & Luna docuimus: tñ in Venere vnicum mediū motum, qui argumenti est, colligimus ex propria tabula, ex medio enim motu Solis reliqui duo facile cognoscuntur, vt in sequentibus patebit. Nam medius motus Solis Veneris, & Mercurij idem est, & Aux Veneris semper est inuariabilis, vt eius centrum facile sine vlla collectione cognoscatur. Hac igitur ratione tibi agendum est ex propria tabula medijs motus Veneris colligas medium motum argumenti medijs Veneris, sub quo debes collocare mediū motum Solis, qui idem est cum medio motu Veneris, & Mercurio: ab eo verò subducto Apogeo Veneris (qui semper est in eodem loco, & est Sig. 1. gr. 18. 21.) reliquum erit centrum medium Veneris. Hactenus igitur habes quæ tria sunt necessaria ad Planetarum loca inuestiganda medium Planetæ motu, eius centrum, atq; medium argumentum. Post hæc æquationes inuestigandæ sunt, & primum centri æquatio, quæ per partem proportionalem tibi corrigenda est, (vt superius docuimus) vnà cū scrupulis proportionalibus in vsum seruandis.

Hac autē centri æquatione tres medijs motus superiores tibi corrigendi sunt addendo, vel demendo, vt regulæ sub circulo æquationum docent, & inde confurget à medio motus Planetæ verus motus centri epicicli eiusdem Veneris, à centro medio correcto centrum verum, à medio argumento correcto argumentum verum. Quo verò argumento vero argumenti æquatio inuestiganda est: in circulo æquationū, & sua regula in eius medio mobili, quæ per partem proportionalem tibi corrigenda est, cum qua excessum sequentē colligere debes, & per partem proportionalem, si opus est corrigere, & hunc debes ducere in scrupula proportionalia, & quod confurget addendum æquationi argumenti primo æquatæ, vt fiat argumenti æquatio perfecta & absoluta, quæ addita, vel subtracta de medio motu centri epicicli (qui notāndus est in Zodiaco immobili indice circuli mobilis) inde prodibit verus motus Veneris à prima Arictis Stella, cui addita æquinoctiorum præcessione, verum motum Veneris in Zodiaco primi mobilis habebis. Iam idem exemplo ostendamus.

S	G	I	II	
1	20	49	3	Pro anno 1584. completo.
6	0	44	1	Pro annis 4.
10	5	5	16	Pro annis 3.
5	0	35	50	Pro toto Augusto.
0	3	4	57	Pro diebus 5.
0	0	3	5	Pro horis 2.
0	0	0	46	Pro minutis 30.
11	13	13	56	Summa argumenti medijs Veneris.
4	16	27	16	Medius motus Solis.
1	18	21	*	Apogæum ♀ semper eodem loco.
2	28	6	16	Centrum medium.

4	14	27	16	Aequatio centri correc. minuenda de medio mot. & med. cent. & adde argum. med.
2	26	6	16	Verus motus centri epicicli Veneris.
11	12	12	56	Centrum verum.
				Argumentum verum.
13	21	46		Aequatio argumenti primo æquata.
				Excessus correctus per scrup. prop.
7	24	32		Aequatio argumenti absoluta.
4	14	27	16	Verus motus centri epic.
4	7	2	24	Locus Veneris à cornu V.
0	28	0	48	Præcessio æquinoctiorum.
5	3	3	12	Verus locus Veneris in primo mobili.

Scrupula verò proportionalia sunt 27'. & excessus verò sunt 0'. 7". quæ ducta in scrupula proportionalia producant 3'. 9". vt in computu exemplari collocauimus: sed iam locum Mercurij inuestigemus.

CANON XII.

De vero loco Mercurij inuestigando.



VT verum locum Mercurij habeas hac ratione tibi agendum est. Prius habeas oportet Solis medium motum, qui pro medio Solis motu sit: deinde ex proprijs tabulis colligas medium centrum, & medium argumentum. Postea centro ipsius centri æquationem inuestiges, & corrigas per partem proportionalem, vnà cum scrupulis proportionalibus correctis, & in vsum seruatis. Præterea centri æquatione addita, vel subducta, vt admovent cautiones sub circulo æquationum, debes ex medio motu conficere verum motum centri epicicli. Centrum verum, & argumentum verum Postremum argumentum inuenies argumenti æquationē cum excessu, & reliqua vt in superioribus fecisti, & in sequenti exemplo videre licet.

S	G	I	II	
4	16	27	16	Medius motus Solis & ☿.
1	9	40	20	Pro anno 1584. completo.
11	29	54	53	Pro annis 4.
11	29	11	34	Pro annis 3.
8	0	28	40	Pro toto Augusto Biss.
0	4	55	40	Pro diebus 5.
0	0	4	56	Pro horis 2.
1	0	1	14	Pro minutis 30.
9	14	17	7	Summa centri medijs ☿
10	12	45	35	Pro annis 1584. compl.
7	8	56	7	Pro annis 4.
5	11	52	17	Pro annis 3.
1	8	2	53	Pro toto Augusto Biss.
0	15	32	25	Pro diebus 5.
0	0	15	32	Pro horis 2.
0	0	3	53	Pro minutis 30.
0	17	28	42	Summa argumenti medijs.
				Aequatio centri correctæ.
4	19	17	33	Verus motus centri epic.
9	17	7	24	Centrum verum.
0	24	38	9	Argumentum verum.
				Aequatio argum. primo æquat.
				Excessus correctus.
6	42	14		Aquat. argum. absolut.
4	35	59	47	Verus locus ☿ in 8. orbe.
0	28	0	48	Præcessio æquinoct.
5	24	0	35	Verus locus ☿ in decimo orb. c.

Speculi Vranici

Scrupula proportionalia sunt 4. 4'. & excessus grad. 1. 2'. & pars illis competens 45'. & 28'. vt videre licet. Hactenus igitur de modo inueniendi loci octauae sphaerae, & septem planetarum iuxta calculum prutenicarum tabularum ex tabulis Magini, atque Stadij depromptum, quibus illud addam ex eadem ratione quomodo verus motus capitis, & caudae draconis colligas.

CANON XIII.

Quaratione verus motus capitis, & caudae draconis colligantur.

DIVERSA quadam ratione motus capitis, & caudae colligitur ab ea, qua secuti sumus in colligendis motibus planetarum. Nam prius proximè minorem radicem ex proprijs tabulis, exscribere oportet, deinde debes colligere medium motum eius temporis, quod interfit inter tempus radicis, & tuum tempus, & hic motus in vnu redactus subtrahendus ex radice, & quod reliquum est, est motus capitis, in octava sphaera. cui addita æquinoctiorum præcessione fit motus capitis in decimo orbe, si addideris huic tria signa habebis ventrem boreum, & si 6. signa habebis caudam, si nouem ventrem austrinum. hoc autem in sequenti exemplo patet.

6	23	29	47	Radix 1584.
2	17	25	26	Pro annis 4.
1	28		41	Pro annis 3.
0	4	55	50	Pro toto Augusto Biss.
0	0	15	54	Pro diebus 5.
0	0	0	16	Pro horis 2.
0	0	0	4	Pro minutis 30.
4	28	20	11	Summa omnium.
1	24	50	16	Motus Ω in octauo orbe.
0	28	0	18	Præcessio æquinoctiorum.
2	22	51	24	Motus Ω in decimo orbe.
5	22	51	4	Motus Veneris borei.
8	22	51	24	Motus Ψ
11	22	51	24	Motus Veneris Austrini.

Hoc loco lectorem admonitum volo quod vt facilius, & absque modestia hic computus fiant, necesse est habere in charta pergamena, omnia, quae superius a nobis scripta sunt in superioribus computis præter numeros, & lineas numeros continentes, quæ papyro superponatur cū planetarum loca inuenire desideras, quibus computis confectis, ea remouenda sunt, & in alios vsus seruanda ne toties eadem tibi scribenda sint.

CANON XIII.

Quomodo vera Planetarum Apogeorum loca perscutemur, item eorum nodos, & limites, vel ventres.

TESTI multis rationibus loca Apogeorum Planetarum inuestigari possint: vnica tamè ratione breuitati studentes erimus contenti. Medium centrum Planetæ, adde medio argumento, & horum duorum summa de medio motu Solis subducito, quod reliquum fiet, erit locus illius Planetæ Apogei in octaua sphaera, cui si veram æquinoctij præcessionem addideris habebis idem in decima

sphaera. Huic verò pars oppositus, eiusdem Planetæ Perigæum tibi dabit. vt in nro exemplo, Saturni medium centrum est. Sig. 6. 17. argumentum medium est. Sig. 1. 28. quibus simul iunctis conficiunt. Sig. 8. 15. medius motus Solis est. Sig. 4. 16. de quib. subducta illa summa reliquum est, pro loco Apogæi Ψ in octauo orbe. Sig. 8. 1. quib. addita æquinoctiorum præcessio quæ est eodè tempore, vt in computu cernitur, Gr. 28. constituunt per loco Apogæi Ψ in decimo orbe Sig. 8. 29. vt in Grad. 29. \mp hoc tempore versetur, & in Grad. π 29. sit Perigæum. Hoc idem in reliquis Planetis facito, præter Venerem, illius enim Apogæum semper est in Sig. 1. 18. 2 1' octauæ sphaeræ, vt si hoc tempore addideris veram æquinoctij præcessionem in decima sphaera eius Apogæum erit Sig. 2. 16. idest in Gra. 16. π & in Grad. 16. π . eius oppositum, idest Perigæum.


Nodi verò, & limites trium superiorum, & duorum inferiorum, diuersa quidem ratione inuestigantur, diuersaque in Luna, sed de Luna dictum est superius: hoc autem loco dicatur de reliquis Planetis præter Solem, cum ille semper sub ecliptica per ambulet, vt ne latum quidem vnguem ab ea declinet. De tribus igitur superioribus primum, de reliquis deinceps. A verò Ψ Apogæo subducas Grad. 50. & habebis verum locum borei limitis in decima sphaera. iuxta enim approbatorum scriptorum sententiã perpetuò boreus limites distat in Ψ 50. Gr. a sui ipsius Apogæo, vt in illius latitudine inuestiganda facillè cernitur, in præcedentia tamèn, nequis decipiatur. cum igitur in nostro exemplo Saturni Apogæum sit in Sig. 8. 29. Gr. subductis 50. Gradib. reliquum est Sig. 7. Grad. 9. pro loco borei limitis, in Ioue verò debes addere eius Apogæo Grad. 20. & habebis locum borei limitis: in Marte boreus limes est in ipsius Apogæo. Nodi verò hac ratione inquiruntur à loco borei limitis deme tria signa habebis boreum nodum vel caput, deme sex signa habebis limitem austrinum deme 9. signa habebis nodum austrinum, vel caudam. In Venere, vero & Mercurio nodi semper distant a suis Apogæis 90. Gr. vt limites sint in eorum Apogæis, & Perigæis. Sed cum Veneris Apogæum sit stabile semper in octaua sphaera eodem modo & eius nodi, & ventres, at in Mercurio mouentur ad motum illius Apogæi. in illorum latitudine inuestiganda idem cognosces. cū enim nullam habent latitudinem, sunt in nodis, si paulopost sit eius latitudo Septentrionalis est in nodo boreo, si sit Meridionalis est in austrino. si est latitudinis Australis, & maioris, vt in eius tabulis ostenditur, est in Australi limite si maximam habet latitudinem borealem, in limite boreali est horum omnium vsus peritiorem reddet harum rerum studiosum.

CANON XV.

Quomodo Plan. aspect. vnico intuitu cernantur.

COGNITIS veris omnium Planetarum motib. si in sequenti figura indices Planetarum singulos suis locis in Zodiaco collocaueris vnico intuitu videbis omnium Planetarum aspectus inter se, & qui partiles, & qui platici, tum qui separantur, tum qui accedunt, quod cū ita sit apertum, vt interpretatione non egeat. Exemplum prætermittendum duximus. Scias præterea, quod cum vis scire quo loco Zodiaci cadant singulorum Planetarum aspectus debes filum de medio pendentem super aspectus collocare, & extra Zodiacum ducere, & eris voti compos: licet & sine filo cognoscatur cum aspectus cadant in totidem gradus, in quot est Planeta.

CIRCVLI AD OMNIUM PLANETARVM
ASPECTVS COGNOSCENDOS:



Præterea non parum prodest, vt intelligas, promissores sequentes quinam sint. Hic enim facile vnico intuitu cernuntur, ad eos enim quisque loca hylegialia diriguntur. vt suis locis sumus dicturi, quod facturi sumus vbi rationem dirigendi significatores ad promissores sequentes sumus exposituri, vt in hoc libro habeant studiosi quęcunque sunt necessaria ad situm cœli quolibet temporis mo-

mento constituendum, & tanquam ante oculos ponendum vnâ cum illis, quę ad temporum diuisiones pertinet, si illius cœli situs ratio habetur.

Neque illud commodum negligendum est, quod collectis tantummodo Planet. medijs motib. & ad illos motus positus in hoc circulo Planetis, eorum aspectus inter se mutuos tibi patebit cum æquat. hac in re non magni interfit.

CA-

Speculi Vranici

CANON XVI.

Quomodo possint studiosi facile aliam inuestigare rationem, qua vera Planetarum loca ad datum tempus inueniantur, et termini declarentur, qui adhuc in opere adhibiti sunt.



NON ab re mihi visum est hoc loco studiosis rationem tradere, qua, & ipsi in motibus Planetarum philosophari possint, & rationem habeant eorum omnium, quæ superioribus tradidimus, ex qua sui intellectus, qui fortasse dubius esset, quietem consequantur.

illud tamen animaduertendum est quod minimè describi possunt, ut sunt intelligendi circuli: tamen, ut fieri potest, terminos in hac figura explicabimus, quibus in superioribus computis sumus vsi, pro quibus volumus, ut sequentes duæ figuræ satisfaciant, & primum pro Sole hæc explicabimus. quatuor partes præcipuas habet hæc figura: prima est Zodiacus, qui hoc loco minimè mouetur. Cuius centrum idem est cum centro mundi, & ille punctus est, qui fit illis duabus lineis sese secantibus ad angulos rectos ut cernitur eo loco, ubi inuicem secantur. a quo filum sericum nigrum pendet. Secunda pars est illa, quæ defert augem Solis, & mouetur hoc loco cum deferente corpus Planetæ, vel epicyclo, qui excentricus dicitur super centro in medio cuiusdam parui circelli descripti a centro excentrici, vel deferentis Solis corpus, non quæ res ita se habeat: nam mouetur super centrum mundi, sed hoc ita factum est, ut cetera omnia cerni possint. Tertia pars est illa regula, quæ hæc epicyclum, vel Planetam, quæ loco excentrici hoc loco habetur, & mouetur super suo centro. scilicet excentrici, quod centrum defertur circa illud paruum circellum, qui cernitur. His cognitis sciendum est, quod centrum excentrici Solis cum moueatur circa illud paruum circellum in medio descriptum necesse est, ut modo Solis excentricitas maior, modo minor, sit major cum est in superiori parte circelli, minor cum est in inferiori, cum est in superiori distat a mundi centro Grad. 2. 30'. 7". cum est minor Grad. 1. 55'. 53". quæ est semidiameter ipsius excentrici Grad. 60. ut inter maximam & minimam Solis excentricitatem sit Grad. 0. 34'. 14". ex quo videre licet, quod minimè fieri potest, ut hac proportionem fiant circuli excentrici, & concentrici. Nam si hoc fieret, facile quidem esset huiusmodi figuras & circulos, conficere, ex quibus veros Planetarum motus medijs tantummodo motibus in longitudinem cognitis, oculis cernere, & certius fortasse, quam computis id nobis notum fieret, quod nullus errandi locus daretur: sed hæc missa faciamus, & reliqua explicemus. Tribus motibus in superioribus vsi sumus in motu Solis; medio motu in longitudinem, quem simpliciter medium motum vocauimus, centri & argumenti. Medius motus numeratur æquabiliter a prima Arietis stella, vsque ad lineam medij motus.

Centrum, quod etiam dicitur anomalia Apogæi Solaris, & excentrotetis Solis numeratur ab Apogæo illius circelli in quo centrum excentrici progreditur sensim in circumferentia sub signiferi longitudine.

Argumentum, quod annua Solis anomalia dicitur, numeratur ab Apogæi Solaris æquabili motu.

Nominauimus præterea æquationes, quæ sunt tum centri, tum argumenti si illud animaduertentis in hac figura, quid sit linea veri motus, & medij motus, nec cuiquam faceat negocium si nos breuitatis studentes diximus verum motum, quem alij verum, vel apparentem dicunt. si filum

pendens ex centro mundi vsque ad Zodiacum produxeris ad locum medij motus Solis lineam medij motus Solis habebis, quæ semper æquè distat illi lineæ, quæ descripta est in illa regula, quæ pendet ex centro excentrici, & defert epicyclum: qui tamen hoc loco corpus Solare nobis representat: per illius igitur centrum transit, semper æquidistans ei diximus: notandum tamen est, quod hæc duæ lineæ vnum nonnunquam fiunt, quod bis in anno fit, cum scilicet Sol est in auge, & in opposito augis.

Aux in excentrico est ille punctus, qui maximè à terris distat, ut est in nostra figura ille punctus à quo in deferente augem prominet index in Zodiacum.

Augis oppositum est punctus oppositus.

Linea veri motus Solis significatur eodem filo extenso super centrum Solis corporis vsque ad Zodiacum: & quod spacium interest inter lineam medij motus, & veri æquatio est illa perfecta, & absoluta, quæ vel additur, vel minuitur de medio motu Solis, ut verus habeatur.

Hinc facile colligitur, quæ sint æquationes centri, & argumenti. Non enim cum penitus rudibus eorum, quæ in spheræ contemplationibus traduntur, hæc tradi arbitror: apertius tamen in sequenti circulo cernes.

Ad Lunam quoque hæc figura, accommodari potest ita, ut eius termini intelligantur. Nam medius motus Lunæ in longitudinem est arcus ab Arietis initio vsque ad lineam medij motus, quæ illa est, quæ per centrum epicycli transiens ad Zodiacum pertingit a centro mundi proficiscitur, quæ filo serico nigro describi potest.

At verus motus longitudinis Lunæ est Zodiaci arcus ab Arietis initio vsque ad lineam veri motus Lunæ, quæ linea describi potest eodem filo nigro si superponatur centro Lunæ, & producat vsque ad Zodiacum.

Centrum autem Lunæ est arcus Zodiaci ab Apogæo excentrici vsque ad centrum Lunaris epicycli, ut est ille arcus, qui complectitur a filo nigro superposito super centro epicycli, & ad Zodiacum extenso, & illam lineam, quæ describitur in indice prominenti ex rotula mobili, quæ planetarum augem defert.


Argumentum vero Lunæ medium est epicycli arcus ab Apogæo eiusdem epicycli medio vsque ad Lunare corpus, ut si extendatur filum rubeum (quod) a puncto dependet, quod æquè distat a centro mundi, quantum centrum excentrici distat ab eodem puncto, super centrum epicycli, & producat vsque ad peripheriam eiusdem epicycli, quod inter filum, & corpus Lunare intererit argumentum medium eiusdem erit.

Sed argumentum verum est eiusdem epicycli arcus ab Apogæo vero vsque ad corpus Lunæ, ut si producat filum nigrum vsque ad peripheriam epicycli per centrum eiusdem, qui arcus erit inter filum, & Lunam, erit argumentum verum, ex quo patet æquatio centri, quæ & prosthapheresis secundi epicycli dicitur.

Quod est inter lineam medij motus, & veri, æquatio argumenti est, ut est quidquid Zodiaci comprehenditur inter filum nigrum positum super centrum epicycli, & positum super Lunare corpus, si vsque ad Zodiacum extē datur. Hæc de Luna, si illud admonuerimus, quod de capite draconis dicitur, ubi de eius latitudine agitur. Iam de reliquis Planetis agatur, licet apertius in sequenti figura, hæc omnia cernantur. Medius igitur motus Planetæ in longitudinem, vel medius motus epicycli est arcus Zodiaci ab Arietis initio vsque ad lineam medij motus Planetæ, & linea medij motus Planetæ designatur filo nigro cum ita extenditur, vsque ad Zodiacum, ut equidistet filo viridi ducto ad eundem Zodiacum per centrum epicycli, quod filum viride est in centro æquantis.

Verus

THEORICA SOLIS.



Verus motus cētri epicycli est arcus Zodiaci inter initium Arietis, & lineam veri motus centri epicycli, quę designatur filo nigro ducto per centrum epicycli vsque ad Zodiacum.

At verus motus Planetę est arcus Zodiaci inter initium Arietis, & filum nigrum ductum per centrum Planetę vsque ad Zodiacum.

Centrum medium est arcus Zodiaci ab Apogęo, quod designatur indice prominente in deferente augem Excētrici vsque ad lineā medij motus centri epicycli, quę designatur filo nigro vt dictum est superius.

Centrum verum describitur inter indicem prominentē, & lineā veri motus centri epicycli, filum, s. nigrum positum super centrum epicycli.

Argu-

Speculi Vranici

Argumentum medium est arcus epicycli ab Apogeo eiusdem medio ad centrum corporis Planetæ.

Argumentum verum est arcus epicycli inter auge[m] veram epicycli, & centrum corporis Planetæ.

Aequatio centri est illud, quod est inter mediam, & verum auge[m] epicycli.

